

na
165



Philol.

R
1632

R 7d 165

13d. 165.

74

CALENTIVS
ELYSII CA

LENTII AMPHRATEN

sis, Croacis. De bello Rana

rum et Murium.

Homeri Batrachomyomachia.

AD LECTOREM.

Fortunam, in tuto, dubij cognoscere Martis
Si quis amat, praesens hoc eme, Lector, opus
Meomdes primus quod graece condidit author,
Elysius uersu reddidit Ausonio,

Haganae, per Iohannem
Secerium.

BIBLIOTH:
ACADEM:
DORPAT:

4-11A
2367

51990313

CALENTIVS

LVTIO FILIO SALVTEM



Dum lustrū perago in pelignis
Nasonis patriam ueneratus,
apud Colotium meū, inter ne
gotta plurima interdū noctis
ad litteras inuitor. Et cū libel-
los altos non habeā, quos lecti-
tem, mea carmina relego, quae
mibi quondam iuueni placuere. Et in primis elegiat
illas, quas ad Ormithiam adolescens scripsi, ob negotiis
aliam diu desertas atq; inemendatas repeto. Cū his
Croacum libellum quem primum omnium ea etate edide-
ram, comperi, Homerum imitatus, cuius fabella semel,
cur simq; legerā, eius argumenti memor, cum exemplar
negaretur, opus denuo scribere adortus sum nouis uersi-
bus, quod septē diebus absolui. Tanta mihi, cum eius rei
uis materiae suppetebat, ut non fabulā edere, sed editā
scribere uisus sim, quasi eo praelo affuissem, longe qui-
dem plura his adijciens ē meis iocis. Illū ego inter iuue-
nilia fragmenta cōpertum legi, ridens, ac transcribi iussi
pro tempore emendatum, quem ad te mitto, ut puer in-
terdū lectus, quē ego nō multo maioris etatis annos,
scilicet duo de uiginti natus edidissē, & te à minu-
tarum serarum praelijs ad heroum, ducumq; gesta san-
cilius conferas. Vale.

LIB. I

ELYSII CALENTII A MA
PHRATEN. DE BELLO
Ranarum & Murium, Croacum
libellus incipit.

Dicite Dij nemorum, quae prima iniuria ranas
Quisue furor timidos in tristia sinera mures
Impulsi, hinc acies Rodulardi, hinc arma Croaci
Non audita prius geminorum praelia regum
Da mihi te faciem, primoq; ignosce labori
Terpsichore, necumq; duces, & tristia bella
Prosequere, exiguo nō te pudet aequore remos
Flectere, quo magnus tandem flexit Homerus
Ille Deos quondam solitus puppesq; Pelasgas.
Troianasq; acies canere, & mauorita tala,
Interdum uacuis diuino carmine lusit
Summisq; lyram, & ranarum praelia dixit,
Non humile est igitur quicquid cantat Homerus
Nec te poeniteat mecum mea musa tocari,
Olim equidem, si sata sinant, si aspiret Apollo
Non paulo grauiora canam, tecumq; labores
Ausonios, fortesq; duces, urbesq; superbas
Expeditam, domitasq; nouo sub Caesare gentes,
Interea patiare tocos, populumq; natantem,
Montanasq; acies in praelia lata uocari,

HOMERI B A.

Incipio, tu me sequere, & uestigia firma,
 Stagnum erat in medio nemorum, iuxtaq; uirentes
 Riuulus, exigua salices nutriuerat unda
 Hic Ranis statio laetissima, siue calenti
 Sole sub arboribus uiridi seu frigore ripe
 Congruere ad radios maluit, seu nare per undas
 Illio innumere gentes, & docta iuuentus
 Nare lacu, celeriq; uadis contendere cursu
 Et noctem querulo labentem fallere cantu,
 At mandata dabit populis, & iura Croaeus
 Maxima ranarum cui primo in flore illuente
 Plurima congruerat cum regno gloria forme.
 Gaudebatq; lacu, & ranarum scepra tenebat
 Et iam tempus erat, quo Cynthius auge relicta
 Instaurare faces, propiusq; accedere terris
 Cæpit & obliquum percurrere segnum orbem
 Cum (puer infælix) cursu defessus & æstu
 Mus oleardus hians, & faucibus arida siccis
 Ora frengens, uireasibat poturus ad undas,
 Vix sitiens prima uestigia fixit arena,
 Porrexitq; ad aquas rictus, hausitq; liquorem,
 Cum subito emicuit, summoq; in gurgue sedit
 Rana loquax, raucaq; illi sic uoce locuta est
 Quo ruis imprudens, quæue hæc audacia scedo
 Contactu uolasse latus, mea regna? deosq;
 Nec ueruum, ne ue arma humeris aptissima nostris?

Quin age

TRACHOMYOMACHIA

Quin age siste gradum, fluctus prohibemus auulos,
 Et secede lacu nostros sensura lacertos
 Bellua, mi ueniam supplex in litore poscas,
 Dixi, & informes erexit ad æthera rictus,
 Lataq; plus soluo tumuerunt pectora regi-
 Mus oleardus ad hæc, fastus depone superbos
 Hospes an, liceat gratos haurire liquores,
 Et sedare sitim, tristiq; resistere morbo
 Pace tua bone rex, neq; enim turbaumus undas,
 Nec me degenerem, ulliq; ex sanguine natum
 Inuenies, haud ista decent opprobria regem.
 Nam mihi rex pater est opibus Rodildardus & aruis
 Non adeo spernendus, ausq; & sanguine Diuum-
 Ille louis magni genuum se prole facetur
 Mater Hamadriadas inter formosa puellæ
 Coniugio Regis Rodildardi lege potita est,
 Imperium nemoris syluas saltuq; tenemus
 Non socios, aut arma fero, qui tristia bella
 Improbus usq; tuas ueniam moturus ad undas,
 Sed mihi dum cupido uenandi summa libido est,
 Dum prædam sequimur perq; alta cacumina uero
 Amisi comites, & iam grauis altius eunti
 Aestus erat, meq; iniecit siliis arida fessum
 Occupat, aspicio circum, & nemora omnia lustrò
 Hos tandem ad fontes ueni, si nomina queris
 Virtutemq; animosq; & fortia pectora dicam.

A

Clara mihi nomen Olearum facta dedere,
 Nemo fuit melior grati explorator oliui
 Nec quisquam leuior, nec qui magis audeat urnæ
 Fidere sine oleo caudam mersare liquenti
 Ausus quinctiam somnos turbare minutos
 Cattillæ, uetuleq; minas contemnere solus
 Ardentemq; facem, & plenam asportare lucernam,
 Si pugnare tubas talpas pictasq; lacertas
 Atq; soporatos glires, querulasq; cicadas,
 In turpem, timidamq; fugam sine uulnere uerti
 Sepe etiam tortos Orcho demissimus angues
 Quis uideor? dixit, geminorq; in luto salu
 Emicuit primasq; ruit male cautus in undas
 Victorq; cadens crustauit lumina limo
 Tum pater ille lacus uerbis melioribus usus
 Hec ait, & tenuit crepitantia pectora risu
 Si tibi rex geutor uirtusq; uia per uia bello,
 Nec superos mentiris auos Olearde, meorum
 In partemq; ueni, regnorum, & sœdera iungo
 Nos etiam de stirpe Deum, de sanguine nate,
 Tu succede lacu nostros uisure penates
 Communesq; habitare domos, populosq; regemus
 Communes, eadem nobis uel stare uoluptas
 Ad salices, uel nare lacu, populosq; tumentes
 Frenare, atq; foro tristes audire querelas
 Dixerat, hæc placido tandem est mus ore locutus

O Rex

O Rex non eadem est stagni, terræq; potestas?
 Nos solui montes habitare, & mitia rura
 Urbanas ue domos, liquidis male namus in undis
 Non herbe uirides nobis uincosaq; tellus
 Densaq; arundinibus placere, uluæq; palustres
 Sed deserta domus, ruris, mensæq; relicta,
 Castaneæq; iuuant, fumosoq; obuius igni
 Caseus, horrendiq; suis pendentia terga,
 Clamantesq; nuces, & copia cara fabarum
 Vos habitate lacus, & amatis uiuere in undis
 Nos habeat scælix tellus, insignis oliuo
 Ismarus, & dulci phanetarura racemo
 Hic uerum liquidi stagni Rex rana Croacus
 Incipit, & tumido moderatur pectore uocem
 Sic ais? haud quisquam possedit latus alter
 Iugera, nec me aliquis diuorum munere uincet
 Est commune solum fateor, sed cætera nobis
 Debentur solis elementa potentia ranis,
 Nam modo tellurem pedibus, nunc æra plantis
 Pulsamus, celeres, liquidis modo namus in undis,
 Et potero si stagna uelim dimittere uestros
 Aequare hospitio reges, & rodere glandes
 Verum quam melior cultus mihi usus aquarum,
 Aeterniq; lares, molliq; cubilia musco,
 Et dulces epule Driadum, mensæq; de arum
 Sed quid ago hæc? aut quid tibi nunc incognitis narè

A 4

Si fas est spectare? licet ditissima regna
 Visere, ne ue time uitreas transire per undas,
 Ipse ego te ad fluctus, atq; alta cubilia ducam,
 Ipse subibo humeris, tu nostris criminibus hære.
 Dixit, & accubuit iuxta, tum protinus ille
 Ignarus sati, captusq; cupidine rerum,
 Desilu in ranam, dorsoq; insedu amico
 Nec mora lucentes conscendunt gurgitis undas
 Ranaq; sub pedibus fluctus moderatur euntes
 Gaudet equo, gaudetq; lacu stultissima proles
 Regis agri & nemorum, medijsq; exultat in undis
 Atq; etiam uanis effatur talia uerbis,
 Haud p̄to sic letos quondam portabat amores
 Taurus Agenoriam dum uectat tergore prædam
 Formosam Europam, Oictæ ad litore Crete,
 Ceu mibi cærulet quæ me trans æquora stagni
 Rana uehit teneris complexum terga lacertis
 Sic ait, & cauda gemmantes uerberat undas
 Mus soluus muros, & robora dura uidere.
 Sed breue lætitiæ spatium, tristemq; dedere
 Pata uiam ad terras, gemitum, sinemq; laborum
 Nam simul ac medias tetigissent gurgitis undas
 Et procul aduerso spectabant marginis oras
 Ecce improuiso monstrum execrabile uirisq;
 Squamea cæruleis uariatus tergora guttis
 Per summas Hydrus cursu delabunt undas

Per

Sibilatq; æthereas attollens colla sub auris
 Capturo similis ranam, sociumq; natabat
 Ergo ubi conspexit notæ crudelia pestis
 Ora, repente uadis timidus caput abdidit altis
 Et mox, oblitus, peruuri gurgite muris
 Deseruit comitem, fugiens, imosq; petiuit
 Rana lacus, subterq; laticis subsecat harena
 Ille autem ignarus nandi, fluctus liquentis
 Ter caput obiectans nullo adiutore per undas
 Mersit aquis, totiens superas crexit ad auris
 Infelix, & cum potuit uix talia fatur,
 Sic me crudeli ranarum pessima leto
 Demittis, nec te longæut scepra parentis?
 Nec quod sim claro diuorum sanguine natus?
 Nec te dira mouet quod amico scedere prodis?
 At stabile in liquidis quicquem speraui mus undis?
 Iure quidem & merito, rupu sub pectore uocem
 Plurimus in miseri ueniens præcordia fluctus,
 Hinc illic oculis latices metitur, & æquo
 Tellurem spatio distare per omnia uidit.
 Quid faciat cui se malit committere ripæ
 Incertum est, latus utroq; à litore fluctus
 Prospicit infelix, neq; enim sperare salutem
 Audebat, nec se tali committere pugna.
 Tum deinum ambigæ decretum est credere sorti
 Remigium, & placuit tandem quæ uenerat ire.

A 6

Nat quantum miser ille potest, pedibusq; fluenta
 Verberat, & cauda fruuitur temone per undas,
 Heu nimis exiguo tenues in corpore uires
 Nare lacu natura negat, nec contulit usus
 Paulatimq; cadit uirtus, uiresq; relinquunt
 Tum uero exitum uitae, finemq; laborum
 Agnouit, moriensq; uadis haec edidit ore,
 Et poteris celare Deos durissima tantum
 Rana nefas? sic me moribundum deseris undis?
 Nec sceleris, nec te facti pudet? omnia tandem
 Spectarant superi, nec sic sine undice abibo.
 At pugnare lacu, & patrijs confidere regnis
 Perfida, non stabili mecum contendere terra
 Coestibus, aut gladio potuisti? siue palaestra?
 Quis nemo melius nouit iactare lacertos
 Aut glomerare pedes, firmisq; insistere plantis,
 Vix ea finerat, fessos cum spiritus artus
 Deserit, & medijs iacuit resupinus in undis,
 Viderat aequum casum Cicerectus amici
 Amissus comes in syluis tardeq; secutus
 Non potuit Dominum reuocare in fata ruentem,
 Sed fugiens in tecta celer Rodilardia, fissus
 Narrabat misero crudelia fata parenti
 Ranarumq; dolos, murem sine honore iacentem
 Et genium liquidis nati morientis in undis.
 Tum rex exiliens folio, miserabile sedis

Maestus

Maestus humi, manibus genua inter curua reuinctis
 Deiecit & sceptrum, & uulsam de fronte coronam
 Infelix, diuosq; uocat sine numine diros
 Inuisosq; dies uitae, regnumq; nefandum. *in folio*
 At postquam longis impleuit questibus auras
 Et lamenta dedit nato funesta, citari
 Concilium iubet, & primos assistere mures,
 Truncus erat medio nemorum uastissimus altae
 Castaneae, quem forte cauum natura creatat
 Seu longa assurgens latebrosus fecerat atas,
 Intus larga domus ucterum penetralia regum,
 Atriaq; & tuae sedes, hic regia magni
 Muris erat, circumq; duces, & fida locarat
 Agmina, serpentum metuens, & nocte uolantis
 Insidias uolucris, uiolentiarumq; ferarum
 Huc postquam miseri uulgata est phama Tyranni
 Vndiq; conueniunt mures, flentiq; gementes
 Tristantur regi, & casum depromere poscunt
 Tum pater infelix Rodilardus, tristia nati
 Funera, deceptumq; dolo, fraudemq; malignam
 Explicuit, tremuere omnes, luctumq; dedere
 Et tristem domini casum fleuere minantes
 Rex iterum sari, & tales exponere uoces
 Prosequitur. Quis enim tantum crudelia ciuis
 Funera natorum uidit? num certe ego uitam
 Inuisus duco superis, castaeq; Mineruae?

HOMERIB A

Siue mihi tales nascenti fata dedere
 Luctus, & calpas luimus fortasse parentum
 Tris genui infelix natos, quorum ille Faburnus
 Primus erat, misere patri spes una senecta
 Illam scitis enim longo defleuimus æuo
 Ereptum insidijs rabidi post horrea cæti,
 Alier erat puer ille meus male pardulus urbis
 Incola, quem laqueo deceptum amisimus cheu,
 Sola superfuerat soboles Oleardus auito
 Successura patri solto, & uisura nepotes.
 Hunc monstrum superis inuisum rana peremit
 Et nunc exanimum summa uehit alueus unda
 O proccres si tela hominum, si iure timemus
 Idæam Antigonem, miluosq; alteq; gementem
 A scalaphum, catiq; minas, & dira Draconum
 Vulnera, cum Ranis certe uictoria nostra est.
 Quare agite obscenos necum contemnite fluctus.
 Bellum ingens, bellum est ranis sine fine gerendum,
 Nos clypeos atq; arma humeris apissima habemus
 Telaq; nec defunt animi, nec fortia bello
 Pectora, nudæ illæ demum nec sistere contra,
 Nec poterunt acies nostras uitare sub undis.
 Dixerat ille gemens, cuncti assensere frementes
 Bellum, iramq; odiumq; & mox crudelia iurant
 Vulnura ranarum regi, populoq; natanti.
 Talia dum uacuas lactantur uerba per auras

Egredi:ur

TRACHOMYOMACHIA

Egreditur regina dolens, quam mille gementem
 Circum errant famule, & dominâ clamore sequuntur
 Amissumq; uocant Oleardum, & pectora tundunt,
 Impletur clamore domus, populiq; tumultu
 Atria tota fremunt, belli furor omnibus idem,
 Vlciſiq; nefas ranarum, ac dira minantur
 Supplicia, & ferrum, Vulcaniaq; arma, crucesq;
 Protinus armantur bello, durisq; fabarum
 Exuijs texere feri deformia crura
 Et galeam fecere nuces, & fulgidus ensis
 Est æus, atq; Vdæ clypeos fecere lucerna,
 Telaq; corripunt hostes sensura tumentes
 Rustica præbebant quos tum Magalia culmos,
 At Rex horribilis cæticum illa pellem
 Annectit, uelâq; caput, torusq; superbo
 Contegitur spolio templi custode Minerue,
 Catus eras cui dum uigere in corpore uixæ
 Cura fuit sacra diuinæ Palladis æde
 Arcere infestos mures ac morte piare
 Iniuriam, & sacros iuari lampadis ignes,
 In templo spolum fidi post fata ministræ
 Scilicet ob meriti præteritum dea grata locarat,
 Tum demum insidijs, uolentiq; arte catelli
 Ereptum ex adyjs duæ censura ferarum
 Ante fores statuit magni pendere Tyranni
 Hoc toraco igitur tectus Maioribus heros

HOMERIBA

Egreditur, stat mente ferox populoq; imendus
Incedu, latosq; humeros umbone fatigat

LIB. II.

Protinus ad Regem stagni Cicerectus aquosi
Nuncius ut, bellumq; ferens in limine primo
Astuit, & tales demisit pectore uoces.
Sylvarum rex & nemorum Rodulardus & agri
Rex armis, belloq; potens, pro funere nati
Bellum, iramq; fremens indicit, & impia tandem
Supplicia obsecnis scelerato in gurgite Ranis
Atq; ego missus ad hoc pro tali crimine bellum
Indico, facioq; & pœnam fontibus addo,
Dixit, & innumeros hastam iactauit in hostes,
At summo stetit illa lacu, nabatq; per undas,
Omnibus audita est murmur sententia ranis.
Obstupere metu perculse pectora, & imis
Delituere uadis paude, sensitq; moueri
Rana lacus, & mox limo caput extulit ardens,
Auratosq; humeros, pictus pectora claro
Argento, causamq; fugæ scitatur, at ille
Narrarunt, murem eradella bella minantem,
Iactat umq; lacu iaculum, subuunq; timorem,
Tum Rex ad sese ferri uiolenta ferarum
Tela iubet, fortesq; duces in tecta uocari

Ille autem

TRACHOMYOMACHIA

Ille autem nondum tuta circum undiq; uallant
Spicula quæ summo Raniarum gurgite nabant
Nulla tamen propius talis accedere uisacti,
Sed circum timide longam cecinere querelam,
Sæpius & tenui uento fugere fluentem
Sic uelut accipitrem sylus cum forte uolantes
Stantem in præcipiti & prædam sub rostra tenentem
Cornices uidere, ruunt, omnesq; uicissim
Impleuere locos insanis uocibus, ille
Ignuas contemnit aues, nec iurgia curat,
At si forte mouet sese, uel in aëra migrat
Diffugiunt, magnasq; eient per mane querelas
Ut demum fragilem sensu sine uribus hastam
Ventorum fluere ad nuum per stagna Coroctus
Insoletis iuuenis tristes sensurus honores
Telaq; magnanimit Rodulardi, & uulnera Regis
Sic ait. O socij, quæ nam denu nita nostra est?
Effugimus telum in talle, & sine uribus hastam?
Aspice hanc tanti uento ueniente moueri,
Deseritq; uadis, quare concurrite mecum
Vnâ omnes hodie stagno moriemur auito,
Aut murum insidias. & tela minantia ranis
Corripiemus, ait, factiq; hic agmine in hostem,
Inq; acus insiliunt, captumq; ad Regia portant
Atria, succedunt proceres, uulguq; natantum.
At Rex inreptis solio sic orsus ab alto

HOMERIBA

O proceres uidistis ait que nata superbis
 Muribus inuidia est, dudum temerarius ille
 Qui tacet in medio resupinus gurgite, nostras
 Adueniens turbauit aquas, stagnoq; potiri
 Tentabat, medioq; lacu componere sedes,
 illum ego iactantem proanos, & magna loquentem
 Arte mea domui, nunc & bellum acre minantur
 Et dira in nostros torquent hastilia fluctus,
 Aspicite, en dixit, taliumq; ostendu acutum,
 Contremuere omnes, raucoq; implere croaci
 Atria tota sono, & crebris ululatibus undas.
 Acq; aliqui regem incusant, qui foedera rupit,
 Immeritumq; neci murem dedit, unde laborena
 Prima dies, belliq; oritur mæstissima cades
 Ille Deosq; hominesq; & stagna liquentia iurat
 In fontem sceleris sese, sed murem Oleardum
 Nare lacu uoluisse, atq; inuidisse Croaco
 Ignarumq; freti liquidi, fluctusq; liquentis
 Ingemuisse lacu, & uitam exhalasse sub undis.
 Tum demum uario miscentur murmure fluctus,
 Sunt qui bella uelint, sunt qui Rodilardia dicant
 Arma timenda, & si fat sit placanda uel auro,
 Vel precibus, nec non patrio reddenda sepulchro
 Membra Croacinus Oleardi uicta per undas,
 At Rex Magnanimus sic factus murmura rupit
 O proceres audite oro, si bella timeantus

Gentis

TRACHOMYOMACHIA

Gentis ruricola, paruarumq; arma strarum
 Pro scelus, heu cum quo nobis uictoria ciues &
 Ast etiam timida fugiemus tela Lacertæ,
 Inuisasq; deis Cocleas, querulasue Cicadas,
 Mox ait, o magnæ soboles oblita parentis
 Formidatis agri populos uilemq; phalangem?
 Quis poterit liquido mecum contendere fluctu?
 Aut prohibebit aquas? & si tellure uocabunt
 In bella, & clypeos & pectora lata timobunt,
 Cognatosq; deos pugiles speramus, & illos
 Fautores operum, stagni belliq; recentis
 Et seruatuos communi sanguine ranas,
 Et vos alma parens maiorum entia deorum est.
 Nam cum se uitreis Cibeles lauisset in undis
 Erupisse serunt inguen, tepidumq; coisse
 Per gelidos latices, & flumina clara cruorem,
 Inde genus nostrum, primeq; exordia gentis.
 Nos de stirpe Deum, & claro de sanguine natæ
 Obscenos mures mortaliaq; arma timeamus?
 Num clypei deerunt nobis, num tela uel enses?
 Aut bello ualide uires? atq; apta labori
 Pectora? nunc stabili mecum consistite terra
 Dixit, & in summo confedit margine ripa
 Hortaturq; duces, atq; arma capere suadet.
 Protinus arma humeris aptant, primiq; Coroclus
 Crura tegu folio uitidis deformia betæ

B

Circumdaiq; fremens latas circumilia frondes
 Et capiti cocleam imponit, dextraq; trementem
 Vibrat humi residens hastam sine pondere iuncum
 Sic Eradus, sic ille facit laudator auerni
 Craccus Orettades dudum nece pulsus Alorchi
 Iamq; senis, raucoq; austi contendere cantu,
 Inde Alie Lerdusq; senex, uiridisq; Corodus
 Et glaucus Lerticon, rufusq; in terga Torodes.
 Acthiopi iunctus sociali foedere Corbo,
 Armantur Bellefilus, Coccusq; superbo
 Sanguine Cerbontis, fluuiosq; Aniene creati-
 Torasq; gener (sinerent si fata) Molocrus,
 Infœlix sponsæ nunquam sensurus amores,
 Et quondam duros ausus contemnere Cancros
 Eropilus, dum prima fuit uiridisq; iuuenta
 Caudatusq; Felax, & crista toruus Iopes
 Ranarumq; alie pubes promiscua, quarum
 Nec numerum Rex ipse lacus, neq; nomina nouit,
 Nec tamen interea, quanquam satis undiq; magnis
 Conueniunt regni proceres populosq; cateruis,
 Contentus patrijs animus stat regius armis,
 Mittit ad externas, cogitq; ad praelia gentes
 Imploratq; omnes latices, fluuiosq; lacusq;,
 Auxidiumq; petit bello Rex rana Croacus.
 Protinus ad pugnam ueniunt Valsunia pubes
 Et pontina cohors, quarum dux Ebarus illia

Hæ

Hæ Baracus tristi suffectus corpora morbo,
 Pallidus aspectu, sed fortis pectore & armis-
 Lucrino centum pedites duce forti Alanardo,
 Et totidem mittit nemorosus Clanius Archo,
 Mittit & ad pugnas ingentem Eucinus iram
 Bellantem populum, atq; duces umbone superbos
 Auratum squamis Fialem, uiridemq; Colossum,
 Tercentum auxilio ducentes ordine Ranas
 Ranas monticulas, & nullius arma tuentes,
 Postremo ueniunt fluuiorum in praelia turme,
 Tum primum lyricas læti duxere salanges
 Carnellus, Foracusq; duces, & fortis Arampus
 Hi tela exacuunt, clypeosq; & grandia late
 Tegmina quæ dederat uicina cucurbita, læti
 Disponunt humeris, & longa hastilia uibrant
 Vicinosq; parant armis succurrere regi,
 Tercentum pulchris Sebetros mittit in armis
 Et totidem bello pugiles campana fluenta,
 Deq; Tibri totidem ueniunt assueta iuuentus
 Stare loco, Martemq; fera committere pugna,
 Albentesq; humeros crudeli opponere telo,
 Postquam peruentum est cognati ad limina Regis,
 Vna omnes ueterem stagno cecincere querelam,
 Mirantur uitreas immensi gurgitis undas
 Atq; insueta uident, & plus lucentia Tuscia
 Stagna uadis, Romana salanx, nec candida cunctis

B 2

HOMERIBA.

Terga, sed in uarios melius distincta colores,
 Inire ea per agros Rodilardus nuncius teris
 Mutuatur, ille tuba sonu u. mora omnia terret,
 Vicinasq; domos auiam, talpaq; tumentes
 Linqere agros ueteres, alta cubilia nidos,
 Et syluas, aliusq; iubet descendere mures
 Montibus & querulus arnis extinguere Ranas,
 Protinus innumera gentes, populiq; minores
 Ingenti clamore ruunt, camposq; per omnes
 Bella cient, optantiq; lacus, & dira minantur
 Vulnere Ranarum regi, populoq; gementi,
 Hostibus, & uacuas fertunt mucronibus auris,
 Examen ueluti tectis praesepibus ingens
 Exit, & in furias magno cum murmure fertur,
 Nunc huc nunc illic uolitans, caelum omne fatigat
 Ac magis inuisum querendo sauit in hostem,
 Ut uenere piunt lustrant longo agmine regem,
 Et genibus positus ingentia tecta salutant,
 Protinus ipse acies bello Rodilardus amicas
 Instruit, & dignos superis mittitur honores
 Tritogeniq; patri parua mactare lacertam
 Virgineos ausam muros habitare Mineruae
 Formicam Cereri, Cocleam tum deniq; Baccho
 Vitibus & teneris herentem cornibus uuis
 Fautoresq; rogat bellorum, & talis fatur
 Dy quorum iugles ingentia templa tenemus,

Turaq;

TRACHOMYOMACHIA

Turaq; solliciti legimus, uittasq; mouemus
 Semper, & ardentis lustramus lampadis orbem,
 Auxilio uestris succurrite muribus oro,
 Custodesq; pijs sacrarum agnosce ue rerum,
 Non bellum inuidia regniq; cupidine mouis
 Scitis enim, diro uerum pro funere nati
 Arma ferro, nunc uos rectum decernite, dixit.
 Armatumq; uocat Cicerectum, atq; agmina prima
 Ducere in arma iubet, Martemq; inducere Rans
 Mox aliam Rotro foris, Clandoq; cohortem
 Imperat educt, seu aq; resistere pugnae,
 Tertia tum usum est committere praetia Cullo.
 Quartam actum iuueni mandat parere Catello,
 Quo nulli melius penetrarunt horrea mures
 Nec magis edoctus quisquam sub nocte furentem
 Fallere montanum agru olam, & praeuertere cursum,
 At quintam genui duxere in praetia fratres
 Ruptus pedibus uelox, & corpore tardus
 Consilioq; tamen praestans & utribus Azur
 Sextam ducit ouans pulchris Ercacasus in armis
 Molles caseolos fumo subducere suetus,
 Et transire leni sentes, & uimina tactu,
 Hostilesq; minas iristi contemnere stetu,
 Hic etiam laqueo eum rustica sacra uideret,
 Escam praeripuit cauum, risiq; magistrum,
 Ergo armati omnes procedunt, Martemq; minantur

B :

HOMERI BA.

Postremo rex ipse aliam in praelia turmas
 Sæuus agit, fortesq; duces in uulnera cogit.
 Tum pater omnipotens magnos asistere diuos
 Imperat, & tales emittit pectore uoces.
 O proceres, dolui cum primum repperit usus
 Armorum mortale genus, ferroq; cruorem
 Audaces sparsere uiri, cædemq; dedere
 Et tumui (tumuisse louem si dicere fas est)
 Arte noua clypeos ensesq; & grandia tela
 Inuenisse uiros, & duro corpora ferro
 Ingenuo texisse, meas passura sagittas
 Mirabar structas acies, fera facta uirorum
 At nunc obscæni mures, ranaq; loquaces
 Bella cient, acq; arma humeris, clypeosq; sinistris
 Aptauere, tenent dextris uibrantibus hastas,
 Afficite en quo se studio Rodilardus in hostem
 Magnanimus, suaq; arma parat, quo pectore rana
 Tela tenent, primoq; expectant limine bellum,
 Quare agite hinc mecum finem spectate laborum
 Cui medio commissa fauce uictoria pugna
 Dixerat hæc, risere omnes à uertice diui,
 Et fragiles calamos, & tam deformia murum
 Tegmina, ranarum clypeos, iuncosq; palustres
 Tum Deus illudens, castæ sic blanda Mizeruæ
 Dicta dedit, non tu nunc bellanti Rodilardo
 Nata faues? populosq; tuos, tua templa colentes

Victores

TRACHOMYOMACHIA

Victores bello factes? pugnaq; tutabis?
 Naiades inuere ranarum numina Nymphæ,
 Fautrices aderunt, & tela Croacia figent,
 Ni tu nata tuæ tandem auxiliabere parti,
 Aspicias uictas acies, stragemq; tuorum,
 Tum uirgo sic orsa loque est. Ego muribus arma
 Auxiliumq; feram genitor, qui pinguis thura,
 Sertaq; diripiunt nostris pendentia templis,
 Infusumq; bibunt ardenti lampade oliuum?
 Quinetiam tenues uittas, pallamq; rigentem
 Audaces rosere, manu quæ stamina feci.
 Nec contra hos querulas ausi conducere Ranas
 Viraq; progenies nobis inuisa ferarum est
 Nam cum me bello fessam, somnoq; uiq;
 Acciperet Lerneus ager, lateq; sub umbra
 Arboris optatæ posuissem languida membra,
 Hæ longam tristi noctem fecere querela,
 Clamauere omnes & turbauere quietem
 Riserunt superi toto conuicta cælo,
 Iratamq; deam blando sermone precati
 Muribus, & fatuis orant ignoscere Ranis,
 Et demum ad pugnas redeunt spectantq; silentes

LIB. III.

Continuo armati currunt ad flumina Mures

B 4

Abos deos
 inspicit
 uocorut

v
 15
 vi
 u
 dicit

HOMERIBA

Inuaduntq; uno saltantes agmine Ranas
 Primus in arma furens Cicereus præliatentat
 Magnanimusq; audet bello appellare Croacum
 Herentem ripis, & prælia prima negantem,
 Nec ferus arma ducum, nec plebis uulnera uitat,
 Incautumq; ferit squamoso in pectore Gracchum.
 Progenitum cumis, patria qui eade carebat
 Infœlicis aui, studio meliore canentis,
 Fit strepitus, & tela uolant, ruit agmine toto
 In mures armata acies, & prælia miscnt.
 Tum Rex intrepidus Rottrum Cullumq; potentem
 Auxilio mittit socijs, additq; furentem
 Dentibus & talis socia cum plebe Catellum,
 Hic bellatorem Eropilum, primoq; repertum
 Sauciat, & torua correptum strangulat ira
 Demittitq; neci Fialem, cui fecerat auro
 Squamosum natura caput, victusq; decoros
 Inde, ruens, talis, ut erat grauioribus audax
 Ranarum ex omni, metuendus parte cateruis
 Obuius it, nunc dente ferit, num uulnerat hasta,
 Et Stygio magnos letho, demittit aceruos,
 Atq; hic dum leto successu prælia miscet
 Interea ex alia, qua se uii parte Croacus
 Ecce trabunt pugiles effossum pectora Rana
 Murem Phippialem, captumq; ad litora cogunt
 Cunctantemq; premunt manus, ui uulnere ferro

Ille miser

TRACHOMYOMACHIA

Ille miser contra, metuens mortisq; lacusq;
 Et decui inuisis samamq; relinquere ranis
 Cæde sua, pedibus quantum licet obstat, & omni
 Tendit in aduersum nisu, & uestigia firmat
 Et quacunq; potest glomeratos diminet hostes
 Aspicit hoc miseroq; parat si posuit amico
 Cullus opem, sociosq; furens sic increpat ore,
 O timidi patimur ranarum opprobria mures?
 Tandudum liquidis Oleardus nabat in undis
 Et nunc Phippialem miserum per deuis raptant,
 Vietnoq; parant caputuum mergere fluctu,
 Ille oro mecumq; neci uel demite murem,
 Vel mortamur at, factioq; hic foedere cuncti
 Profiliere simul, strepitum, stragemq; dedere,
 Exemplo conuersæ acies, omnisq; lacuna
 Ut populus, circumq; hostes glomerantur anhelos
 Electuntur tela in clypeos, oereasq; sabarum,
 Duraq; monticolum mirantur tegmina rana
 Bellantes, passimq; sero se Marte tuentes
 Impediunt numero (tanta est audacta Rana)
 Nec tumida morsus uitant, nec tela, nec enses,
 Sub pedibus tenent clypeos, hastasq; minantes
 Haud aliter Catulos prope cum sua pignora dura
 Latratu sensere fues, una undiq; turbam
 Inuadunt magno fremu, & rumore tremendo,
 Nunc illos passim rapiunt, & in acra iactant,

B 5

HOMERIBA

Nunc pedibus, rictuq; conatellure recondunt
 Diripiuntq; animas, & corpora fissa irucidant,
 Protinus armati miles Rupinus & Azur
 Et Feracasmus ouans armis, turmaeq; sequentes
 In Martem, caedemq; ruunt, aptantq; lacertos,
 Inuaduntq; sero salientes agmine ranas.
 Tum primi insidias, tratuq; Azuris arma
 Infelix Lericon sensit, iuueniq; Molocrus,
 Nigramentq; stru geminis in pectore Corbum
 Vulneribus, patuere iecur, suffecta q; nigro
 Exta cruore, iacet medio resupinus in agro,
 Non tulit exitum, miserandaq; fata Torocles
 Amisi socij, nec te sine uindice, dixit
 Corbe tacere putent mures, ego sanguinis ultor
 Vltor ero, dixitq; & tala trementia iecit,
 Que nisi ferrato uelox Rupinus & armis
 Acciperet clypeo suctus, certe Azuris illa
 Haesisset lateri, & uulnus letale dedissent.
 Ast ille haec, & tu charo comes tibi amico
 Improbe cum Corbo stygias properabis ad undas.
 Dixit, & ingenti traiecu pectoratelo.
 Parte alia pereunt Baracus, Lerduq; senecta
 Debilis, & passus percentum uulnera Sdus,
 Nec tantum duro percunt certamine ranae,
 Occidit infelix Cicereflus uulnere Cocci,
 Currentemq; ferit clypeo deformis Arampus

Cullum

TRACHOMYOMACHIA

Cullum animo insignem, tum duro pectore telum
 Rumpitur, & rupta Feracasmus uulnerat hasta,
 Hic magis assumptis saeuit Mars impius armis
 Audatur fremuus belli, gemitusq; cadentum
 Et crudeles uoces, & furor armatorum
 Per inga ceu canibus montana sferentibus audit
 Frendere apros, syluasq; sero resonare tumultu
 Venator, mistasq; urum concurrere uoces,
 Latratusq; canum praedaeq; furentis hiatus.
 Tandem ubi defessas longo certamine ranas,
 Amissosq; duces sensit Rodulardus in hostem
 Ipse ruit, magna comitum uallante caterua.
 Miratur populi turmas, atq; arma Croacus
 Insueta, & tollens oculos, prohiuppiter inquit
 Tanta ne progenies sylvarum in montibus errat?
 Dij superi prohibite minas, Nymphaeq; decore
 Quas columus, uestrisq; hilares habitamus in undis
 Eripite hanc pestem, & crudelia uulnera Ranis
 Dixerat, insiliunt omnes uno agmine Mures
 Sauior ante alios telo Rodulardus acuto
 Ille, memorans cari crudelia funera nati,
 Vltoremq; necis sese per sidera iurat,
 Clamantem udens, muresq; in bella uocantem
 Te ctum armis, te ctum folio uiridante Coroctum
 Illum cum clypeo crudeli uulnerat hasta
 Spirantemq; animam sicca defixu harena

HOMERI BA.

Mox Eradum, fortemq; neci demittit Arampum,
 Cristatumq; ferit tumido sub pectore Iopen.
 Tala mouent uerum Ranae pugnâq; resistunt,
 Parte ab utraq; cadunt, mures Rupinus et Azur
 Et Sapus & Lepadon pereunt, iuuenisq; Catellus,
 Ranarumq; duces Foracus, uiridisq; Corodius,
 Et Tuscus Fiaronicus, & Vulturnius Arches,
 At nemorum Rex ille fixens in bella Croacum
 Prouocat, illum illum queritq; optatq; superbus
 Quem postquam aspexit, mediumq; agnouit in armis
 Perfide clamauit, tu pignora nostra fatigas?
 Tu miserum liquidis Olearum perdis in undis?
 Nec superos, nec bella times? Rodilardaq; arma?
 Verum hodie nostros moriens solabere luctus
 Et meritam sceleris poenam dabis improbe, dixit,
 Insiluitq; ferox elato pectore in hostem,
 Ille autem obducta, uenientem reppulu hasta
 Turbauitq; uiam, & sese medio obtulit agro
 Atq; ait hæc. Etiam tu nostri gurgitis audax
 Venisti ad laticos bellum moturus? at ille
 Nissus erat quem tu faris te patre creatum
 Eripere imperium ranarum, & stagna parare
 Nostra metu, quare ille iacet modo uictus in undis
 Et didicit quales uentant in prælia ranae,
 Tu quoq; mox Stygias natum comit aberc ad undas
 Dixi, & elato contorsit tala lacerto

In murem

TRACHOMYOMACHIA

In murem, citus ille lent uenientia salu
 Præterit, & luteæ dorso occidere lucerna
 Quem postquam clypeum timidi legere clientes
 Et texere humeros, atq; inferuire sinistra,
 Talibus alloquitur mures Rodilardus amicos
 O socij, nunquam tales in prælia ranae
 Audieram, torquet dextra feratela Croacum
 Nunc opus auxilio est uestras intendite ures,
 Hic hastas iactate leues, hic fortia tala
 Dirigite in tumidos hostes, ensesq; ciete,
 Nam si nunc tenui pugna, populog; natanti
 Cedimus, & uicti mures remeamus ad agros,
 Et syluas & agros habitabunt, & iuga ranae.
 Dixerat, unâ omnes elato pectore Mures
 Profiliunt, cædemq; nouant, & uulnera miscent
 Eminent infœlix bello Rex rana Croacus,
 Nunc clypeum talis obiectat, nunc feru hasta
 Vulnera dat, recipitq; uices, Martiaq; læcessit,
 Quælis aper media crebro quem uulnere sylua
 Obsedere canes, acq; undiq; morsibus instant,
 Ille modo à dextra curuo se dente tuetur
 Nunc agu in læuam stridentia faucibus arma
 Nalla timens iacula, aut morsus, nec uulnera curans.
 Tum demum finem belli, fortemq; futuram
 Agnouit, cursumq; tremens ad litiora uertit
 Innuatq; ad aquas socios, augetq; timorem

HOMERIBAS

At Ranae dant terga fugae, Martemq; relinquunt,
 Praecipitesq; cadunt aliae per deula ripae.
 Protinus hic caedes, & tristia funera belli,
 Mugitusq; fremens oritur, gemit Ebarus ado
 Pectore uulneribus geminis effossus, & acer
 Carnellus lyricas nunquam rediturus ad undas
 Cumq; Fela, Romanus Aclas, fortisq; Mamaridas
 Spirauere animam, usc se potuere tueri
 Nec te tam celeri iuuit leuitate Colosse
 Deliuiffe lacu, sensisti tala sub undis,
 Mixtaq; purpureo manauit lympha cruore
 Ipse autem optatum seuit Rodilardus in hostem
 Praecipitem, & patrios rumpentem pectore fluctus
 Aggreditur ferro seuus, mediasq; per undas
 Persequitur Regem stagni, ranamq; natantem,
 Est animus tentare lacus, imosq; uidere
 Eluctus, & late iam tum succumbere morti
 It similis fuluo per deuia rura Leoni
 Cum stimulante fame ceruam, perq; aspera saxa
 Insequitur, iam iamq; tenens praedam improbus audet,
 Praecipitem sese demittere rupibus aliis,
 Hostilemq; sequi per summa pericula cursum,
 Quem uero ut uidit Coccus, pro Iuppiter inquit,
 Non sat erat terris contendere? flumina tentat
 Mus Rodilardus; aquis etiam se creditur audax
 Insequiturq; furens per stagna liquentia Regem,
 Fleste

TRACHOMYOMACHIA

Fleste oculos pater huc, atq; auxiliare Croaco
 Iuppiter, & nostro tandem succurre labori,
 Si tibi cura lacus, si possunt numina, dixit.
 Tum pater omnipotens casum miseratus aquarum
 Risit, & ingenti tonitruo perterruit orbem,
 Contremuere omnes subita formidine mures
 Ipse quoq; expauit medijs Rodilardus in undis,
 Et gressum tulit ad ripas, paulumq; moratus
 Hortatur socios, & praelia dira retentat
 Miratur pugnas paruorum animosq; ferarum
 Auxiliumq; parat miseris cum coniuge Ranis
 Iuppiter, & denso pulsarunt grandine terras,
 Hi tecti galea, duroq; umbone resistunt,
 Quimetiam foedere lares, & clara secundum
 Flumina disposuere lares, arctaq; superbi
 Obsidione tenent uictas in gurgite ranas
 Ausi etiam tentare nouis tum nauibus undas
 In qua facta cauum siccata cucurbita uentrem
 Praebuit, hanc sectam in partes fecere carinas,
 Lmtea delubro sinuant direpta Dianae
 Quod fuerat media in sylua sub rupe uelustum,
 Et uitae per aquas, atq; aurea uela feruntur,
 At Deus immites exire Croactia Cancros
 Stagna iubet, sociasq; lacu defendere ranas.
 Illis dena pedum uestigia, denaq; in arcus
 Crura recuruantur, laterumq; a margine ludunt

Ambiguuq; iter est, & deuius usus eund
 Inq; humeris erecti oculi, ceruicibus ullis
 Non herent capita alta, latenti sub pectore dentes,
 Monstrum ingens, quo non aliud natura crearat
 Deterius, usq; horrendum, & moribus audax
 A dextra laeuaq; gradum nituntur, & equo
 Per terras auidi atq; undas discriminis currunt,
 Et dum gemina minitantur forpice bellum
 Faucibus armati, & curua testudine secti
 Non contra hos clypei murum, nec spicula profunt
 Tela quoq; in duro slectuntur inania dorso.
 Quinetiam superant morsu, furit egmen aquarum
 In miseros mures, foucisq; inuenta trucidat
 Agmina ruricolae gentis, populosq; latentes
 Conuocat armatas acies Rodilardui, & illis
 Haec ait, o ciues pro ranis numina pugnant
 Aspiciite obsceni ueniunt in praelia Cancri
 Nescio quis Deus hos in uulnera nostra fatigat
 Cedamus superis, uicti certamine diuum,
 Inuisiq; deis patrios redeamus ad agros
 Sic ait elachrymans, & praelia seua diremit.
 Haec lusisse sat est properato carmine Musa
 Septima lux operi finem deduxit uuluis
 Morsales, quos hic necum dignata puellae,
 Atq; in Pegaseos iam diua relabere fontes



ΟΜΗΡΟΥ

B A T P A X O M Y O -

M A X I A .

Ἀρχόμενος πρώτων μεσῶν χρόνων ἔξελικώσας
 ἔλθειν εἰς ἔμρον ἡρῆς περὶ χρομῶν εἰνέκ' ἀοιλιῆς,
 ἢ νεον ἐν δέληρσι ἐμοῖς ἰδι γυναισι βακκα.
 Ἄπειν ἂ περιέσθην πολεμοκλονον ἐργῶν ἀριστ.
 ἀχίμωτος μὲρ ὀπισθιν ἐς οὐατα πᾶσι βαλεῖσθαι,
 πῶς μύθος ἐν βακχῶν χοῖρον ἀειτύσαντες ἐξοικμ.
 γηληέων ἀδελφῶν μιμουμφοῖ ἐργα γιγάντων.
 ὡς λόγος ἐν θνητοῖσιν ἐκν θίνη δ' ἔχεν ἀρχήμ.
 Μὴ σ' ποτ' ἐδὴ καλῶς γαλέως κινδύων ἀλύξας,
 πλοκίον ἐν λίμνῃ ἀπαλὸν προσέθηκε γίνεσκ.
 ὕδατι τερπόμενθ' μελιηδέϊ τόνδε κατεῖδε
 λιμνὸν χαεῖς πλύφημος, ἐπιστ' ἔφθε γέλαρ ὄιον.
 Ἔειπε. τίς εἶ; πόθεν ἦλθες ἐπ' ἰόνα. τίς δὲ σ' ὀφύξας;
 πάντα δ' ἀλήθειαν σον μὴ τ' ἀνδράμον σε νοήσω.
 εἰ γάρ σι γνοῖν φίλου ἀξίον, ἐσ δάμνον ἀξω.
 Δῶρα δέ τοι δώσω ξεινήια ποταλά, καὶ ἰδύλα.
 εἰμί δ' ἔγω βασιλεῖς Φισίγναθος, ὅς κατὰ λίμνην
 τιμῶμαι, βακχῶν ἡρώμωτος ἡματα πάντα.
 καὶ μὲ πατήρ πηλείος ποτ' ἐ γίνατο ὑψομέδουσα

ΒΑΤΡΑΧΟ-

μικρὸν ἐν φιλότῃ πῆ' ὄχεασ ἠεὶ δαυνοῖο.
καὶ σὶ δ' ὄρεσ κάλοντε. ἠ αλκιμον, ἄζοχον ἄλλωσ
σκηπτοῦχον βασιλῆα. Σὲν πολέμοισι μαχητῆρ
ἐμμῆαι. ἀλλ' ἄθασον ἐν γενεῇ ἀπόρβυε.

Τὸν δ' αὖ ψιχάρπαξ ἠμίβυφο. Φώνησέν τε.

πίπτε γένος τούμων ζῆτις φίλε Λύλον ἄπασιρ,
αἰθρῶ ποισ τε, θεοῖσ τε. κῆδυσάνοισ πειτενοῖσ.
ψιχάρπαξ μὲν ἐγὼ κικλήσκομαι. ἐμί δέ κούρῳ
φωξάρτασ παζός μεπελήρρος, ἠ ἴνυμητῆρ
λειχομύλι θυράτηρ πῆρνοφώκ ττο βασιλῆος.

γίνατο δ' ἐν καλύβη με κῆδυσί τῆρ κρωτοῖσ.
σύκοισ Σκαρῦοισ κῆδυσμασι παντοδαποῖσι.

πῶσ δὲ φίλον ποιῆμε, θῦν εἰς φύσιν οὐδὲν ὁμοίεμ,
σοὶ μὲν ἤδ' ἰβίος θῦν ἐν ὑδασι. αὐτὰρ ἐμοί γε,
ὄσα πῆ' αἰθρῶ ποισ ζῶγειν ἔθασ. οὐδέ με λήθοι
ἄρτος τελοσκο πάνισσ ἀπ' ὄκύκλσ κανέοιο.

οὐδέ παλακοῦσ τανύπεπλοσ ἔχον πρῶτην σισαμίδα.
οὐτόμοσ ἐκ πῆρνοσ θυχ ἠ πατα λυκοχίτωνα.
οὐδέ τυροσ νεόποικρσ ἀπ' ἰλυκοροῖο γαλακτασ.

οὐ χῆσόν μελίτωμα, θῦσ μακρῶσ ποδίσσηρ.
δου δ' ὄσα περσ θοῖνυ μδρόπον τενχοῖσ, μάχηροῖ,
κοσμούντες χυζασ ἀρτίμασι παντοδαποῖσ.
ἐν δὲ πῶτ' ἐκ πολέμοιο κακῆν ἀπέφυζην αὐτήν.

15 v
157
104

ΜΥΟΜΑΧΙΑ

ἀλλ' ὄθεισ μετὰ μῶλον ἰόν, προμάχοισιν ἐμίχων.
οὐδέ λῖ ἀνθροπον καὶ πτερ μέγα σῶμα φορουντα.

ἀλλ' ἠ λέκρον ἰόν, ἄκρον δακτυλον καταδάκνω.
καὶ πῆρνοσ λαβόμεν, κῆδυσάνοισ ἴκανεν ἀνθρα-
νήδημοσ οὐκ ἀπέφυζην ὑποσ. δακνονρσ ἐμείο.

ἀλλὰ δύω μάλα πάντα γὰρ δέϊσα, πᾶσιν ἐπ' ἄϊαν.
κίρκον, θῦσ γαλέην. οἱ μοι μέγα πένθοσ ἀρξίσ,
καὶ παπίδα σπόμεσαν ὄπσ δολοῖσ πῶτε πότμοσ.

πλεῖστον δὲ γαλέωσ ποδισίδια ἠπσο ἀρξίσ.
ἠ, καὶ ζοηλοδῶντα κατὰ φῶσγλυ ἐρεῖνει.
οὐφώρησ βράφανασ. οὐ κράμβασ οὐ κολοκύντασ,
οὐ τεύτλοισ χλωροῖσ ἐπβόσκομαι. οὐλε σιλίνοισ

ταῦτα γὺ ὑμῶν ὄσιν ἐδέσματα τῶν κατὰ λιμνῶ.
περσ τὰ δὲ μειδῆσ Φυσιγασασ αὐτίον ἠυδα.
εἶπε. λίαν ἀνχίσ ὑδὶ παρῆσ. ἔστι δ' ἠμίρ

πρῶτα μάλ' ἐν λίμνῃ θῦσ χροῖσ θαύματ' ἰδέσθ.
ἠ μφίβιον ἤδ' ἔδακὲ νομῆν βαφάχοισιν κρονίωρ.
σκίρτῆσασ κατὰ γῆν κῆφ' ὑδασι σῶμα καλύψαι.

εἶδ' ἐθέλεισ δ' ταῦτα δακῆμῶσ, θυχερῶσ ὄσιν.
κρῆσῶσ ἐν νῶτοισ. κράτει δὲ μεμῆπῶτ' ὄλκα.
ὄπωρσ κροῖσμοσ θῦν ἐμόν δδμονεῖσ φικκα.
ὦσ ἄσ' ἔφη, καὶ νῶτ' ἐδίδου. ὄδ' ἔβαινε τάχισα.
χείρας ἔχον ἀπελοῖο κατ' ἀνχένος ἄλματι κούφφ.

Ἰσομα.

καὶ πρῶτον μὲν ἔχωρεν, ὅτ' ἔβλεπε γίττονας ἄρμας
 νῆσει τερπόμενος φυσίγνασθ. ἀλλ' ὅτε δὴ ἤρα
 κύματι πρὸ φρεσὶς ἐπεκλύζετο πρῶτα σακρῶν,
 ἀχρηστον μετάνοιαν ἐμὲ μφερο. τίλλε δὲ χαιτὰς,
 κῆ πόδας ἐς Φιγγεν κατὰ πασέροις. ἐν δὲ οἰήτορ,
 πάλλειτ' ἀνθείη, ὅτι ἡδὲ χεῖρα βούλετ' ἰδέσθαι.
 λεινὰ δ' ἔπεισάα χιζε, φόβος κρυόεντος αἰάγκη.
 οὐρην μὲν πρῶτ' ἔπασσ' ἐφ' ὑδάσιν ἠνύτε κώπην
 οὐραν. θυχόμενος τε θεοῖς ἢ γαῖαν ἰκέσθαι,
 ὑδάσι περ φρεσὶσιν ἐκλύζετο. πολλὰ δ' ἔβόα.
 καὶ τοῖσιν φάτο μῦθος. ἀπ' σώμαρσ δ' ἀπόβην.
 οὐχ' οὐτω κώρσι ἐβάσπασε φός τεν ἔρωτες
 ταύρος, ὅτ' ἐβρώπην Διὸς κύμαρσ ἢ γ' ἡδὲ κρήτην,
 ὡς ἐμ' ἐπιπλώσασ' ἐπινώπον ἠλυσέσθαι οἶκον,
 βαλῆχος ὑψώσας ὡχρόν δέμασ ὑδάτι λυθκῶ.
 ὑδρὸσ δ' ἔβ' ἀπὸ νῆσ ἀεφάιντοσ δεινὸν ὄραμα
 ἀμφοτέροις ὄρθον δ' ἐπερ ὑδάρσ εἶχε φάχλησιν.
 τοῦρον ἰδῶν κατέβη φυσίγνασθσ οὐπ νηῖσ,
 οἶον ἐταύρον ἐμελλεν ἀπ' ἀλύμνη κατὰ λίμνῳ.
 λυδὲ βάρος λίμνησ, καὶ ἀλεύρα κῆρα μέλαιναρ.
 κείνοσ δ' ὡς ἀφέθη, πῶσεν ὑπὶσιν οὐθὺ ἐς ὑδάρ.
 χεῖρασ δ' ἐς Φιγγεν, κῆ ἀπ' ἀλύμνησ κατέπειξε.
 πολλὰ κῆ μὲν κατέδωκεν ἐφ' ὑδάτι πρῶτα κῆ δ' αὐτε
 λακπίζων

λακπίζων αἰέδωκε, μόνον δ' οὐκ ἦν ἔσα λύξαι.
 δευόμενοι ἢ τῆχρσ πλείεσιν ἑάρος εἰλκον ἐπ' αὐτῶ.
 ὑδάσι δ' ὄχλυ μῆνοσ. τοῖσιν ἐφθίγγαστο μῦθος
 οὐ λήσεισ γιθνοῖσ φυσίγναθε ταῦτα πρῆσασ.
 ναυηγὸν ριφασ ἀπ' σώματσ ὡσ ἀπ' πεφῆσ.
 οὐκ ἄν μοσ κατὰ γαῖαν ἀμείνων ἠὲ σα κάκιε.
 παγερσ πῶτε, πάλη τε, κῆ εἰσ δρομον. ἀλλὰ πάλαν
 εἰσ ὑδάρ μ' ἐροίτασ ἐχθροσ ἐκείκον ὄμμα. (σασ
 ποιήνσ σὺ πῆσιν μῦθων σρατῶ. οὐδ' ἔσα λύξισ.
 Ταῦτ' εἰπὼν. ἀπέπινυσεν ἐν ὑδάσι. τὸν δὲ κατέϊθε
 λειχοπῖναξ ὄχρησιν ἐφεζόμενοσ μαλακῆσ.
 λεινὸν δ' ἔβρολόλυξε, δραμὸν δ' ἠγγελε μύεασιν.
 ὡσ δ' ἔμαθον ἦν μοῖραν ἐβη χόλοσ αἰνοσ ἅπαντασ.
 ὅτ' ὅτε κερύκεσιν ἐοῖσ ἐκελευσεν ἔσ' ὄρθοσ.
 κηρύσειν ἀγρὸν δ' ἐρσ δάματα σρωξάρτασ,
 παφὸσ δυνησ φιχάρ παποσ. ὅσ κατὰ λίμνῳ
 ὑπὶσιν ἔβ' ἠπλωρ νεκρὸν δέμασ. οὐδὲ παρ' ὄχρασ
 ἦν ἠδὲ τλήμαν. μέσφ δ' ἐπινύχρσ πόντω.
 ὡσ δ' ἠλθον ἀπὸ νηῖσ τεσ ἀμ' ἠοῖ, πρῶτον αἰέσθ
 σρωξάρτησ ἡδὲ πειλίχολούμνησ, εἰπέ τε μῦθον,
 φίλοι. εἰ κῆ μόννοσ ἐγὼ κακὰ πρῶτα ἀπὸ πνεθα
 ἐκ βαφάχιν, ἢ μοῖρα κακὴ πάντεσιν τέτυκτασ.
 ἡμῖν δ' ἐγὼ δύστυχοσ. ἐπὶ φεῖσ πᾶσασ ὀλεασα.

ΒΑΤΡΑΧΟ-

καὶ ἐν μὲν πρώτων· κατέκτανεν ἀρπάξασα,
 ἐχρίσθη γὰρ λένυζώλης ἐκ τοῦθεν ἐλούσα.
 ἐν δ' ἄλλων πάλιν ἀνδρῶν ἀπινέες ἐς μόρον ἦξαν,
 καινοτέραις τέχναις ξυλίον ἐδλον ἔθρονόντες,
 ἦν παρῖσα καλέουσι μῦθον ὀλέτειραν εὐοσμη.
 ὅ τ' εἶπες ἦν ἀγαπητὸς ἐμοὶ καὶ μητέρι κελνῆ.
 τοῦτον ἀπέπνιξεν φυσίγναθος ἐς βυθὸν ἄξας.
 ἀλλ' ἄγεθ' ὀπισθόμεθα κ' ἔζελοωμεν ἐπ' αὐτοῖς.
 σώματα κοσμήσαντες ἐν ἑτεσι Δαιακλείοισι. |
 οὗτ' εἰπῶν· ἀνέπεισε καθὼς πάλι ζεῦσαι ἅπαντας·
 καὶ οὗ μὲν ἑκόσυσεν ἀρκυς πολέμοιο μεμνηλῶς·
 κνημῖδας μὲν πρώτα πῶδι κινήσασιν ἔθηκον,
 ῥήξαντες κυμαῖς χλωροῖς· ἐν τ' ἄσκησκοντες.
 οὐς αὐτοὶ ἔζ' οὐκ εἰς ἐπισάντων κατέφωξαν.
 θώρηκας δ' εἶχον καλαμοσιφείων ἀπὸ βυρσῶν.
 οὐς γὰρ λένυδιραντες, ἐπισπμηνῶς ἐποίησαν.
 ἄσπις δ' ἦν λίχνος ὀμεισόμφαλος· ἠλένυ λογχη.
 θύμηκεις βελόνας, παγγαλέον ἐρξην ἀρκυς.
 ἠ δὲ κόρυς· ὀλεπυρον ὑδὶ κροτάφοισι καρύς.
 οὐτω μὲν μύθῳ ἦσαν ἐνοπλοὶ· ὥς δ' ἐγονοσαν
 βατραχοὶ· ἔξανέδυσαν ἀφ' ὑδάτος· εἰς δ' ἕνα χῶρον
 ἐλθόντες· βελὴν ξυλάζον πολέμοιο κακοῖο
 σκεπήμενων δ' ἀοῖ πάθει ἠσαπισ· ἠ τίς ὀθρυλλος
 κήρυξ

ΜΥΟΜΑΧΙΑ *consuetudo clamoris*

κῆρυξ ἐγγύθεν ἦλθε φέρον σκήπτρον μετὰ χερσὶ,
 τυρογλύφου υἱὸς μετὰ λητοῦσ' ἰμβασίχνης,
 ἀγγέλλων πολέμοιο κακὴν φάτιν· εἰπὼς τε μύθοι·
 ὦ βατραχοὶ· μὲς ὑμῖν ἀπειλοσκντες ἐπιμήταν
 εἰπεῖν ὀπλιζέσθαι ὑδὶ πόλεμον τεμάχην τε·
 εἶδον γὰρ καθ' ὑδάτος φυχάρπαγα, ὄν κατέπεφνον
 ὑμέτερος βασιλεὺς φυσίγναθος· ἀλλὰ μάχεσθε,
 οἵπινός ἐν βατραχοῖσιν ἀεισκήσθη γαίλατε.
 ὦς εἰπὼν ἀπέφινε λόγος δ' εἰς οὐατα μῦθον
 εἰσιλθὼν ἐτάραξε φένας βατραχῶν ἀρηρώχημι
 μεμφομεῖον δ' αὐτῶν φυσίγναθος εἰπὼν αἰσάσας.
 ὦ φίλοι· οὐκ ἐκτενον ἐγὼ μῦθον οὐδὲ κατέιδον
 ὀχλύμηνον πάντως ἐπὶ γηπαίζων πρὸς λίμνῳ,
 νήξεις τὰς βατραχῶν μιμούμενος· οἱ δὲ κάκιστοι
 νῦν ἐμὲ μέμφονται ἐν αἰαίποσιν· ἀλλ' ἄγε βελήν
 ῥητήσων ὅπως ὀδλίσις μῦθος ἔχολέσταμην.
 οἷ γὰρ ἐγὼν ἐρέω ὥς μοι δοκεῖ εἶναι αἰετα.
 σώματα κοσμήσαντες, ἐνοπλοὶ σῶμαρ ἅπαντες
 ἀκροῖς πᾶρ χεῖλεσσιν ὀπιυκατὰ κρημῶσιν ὀχωρῶ·
 ἦνίκα δ' ὀρμηθέντες ἐφ' ἡμέας ἔζελοωσι,
 σφραξάμενοι κορίθον, ὅσ' οὐχελον ἀντιπὸν ἐλθοῖ,
 ἐς λίμνῳ αὐτοῖσιν ἐντεσιν θίου βάλωμεν·
 οὐτω γὰρ πνίξαντες ἐν ὑδάτι οὗ ἀκολύμβως.

σπασμῶν θύμῳσ' εὐμοκτόνον αὖτε φρόσιον.
 Ω ράρα φωνήσας, ὅπλοισ' ἐνέδυσεν ἅπαντας.
 Φύλλοις μὲν μαλαχῶν κνήμας εἰς ἀμφεκάλυψαν.
 θώρηκας δ' ἔχεν χροῶν πλάγῶν ἀπ' ἐπύπλων.
 φύλλα δὲ τῶν κραμβῶν εἰς ἀσπίδας ἐν ἡσκησιν.
 ἐγχοῖ δ' ὄξυχοινοσ' ἐκάστω μακρὸς ἄρρηι.
 ἠ κόρυθες κοχλίων λεπτῶν κράατ' ἀμφεκάλυπτον.
 φαλαγγῶν δ' ἐσκήνυτο ὄρχαοσ' ὑψηλῆσ.
 σιόντε· λόγχοσ' θυμοῦ δ' ἐπλητὸ ἐκάστος·
 Ζεὺσ' δὲ θεοῖσ' καλίσσας εἰς οὐρανὸν ἀστρόεντα.
 Ὁ πλέμῃσ' πλῆθυν δειξάσ' κρατεροῦσ' τε μαχητάσ'
 πολλοῖσ' ἑμεγάλωσ' ἠδ' ἐγχα μακρὰ φέροντασ',
 οἷοσ' κεν πύργων σταδῖε ἔρχεται ἠδὲ γιγάντων,
 ἠλυγῶν ἐρέφει· πύδν βαζάχοισιν ἀρωγῖ·
 ἠ μυσσιν ἀθανάτων, ἠ ἀθηνῶν προσέειπεν·
 ὦ θυάκτεσ· μυσσιν κρ' ἐπαλέξουσ' ὑπερῦσιν·
 καὶ γὰρ σου κατὰ νηὸν αἰεὶ σκιρτῶσιν ἅπαντεσ,
 κνίσσῃσ' τερπόμενοι καὶ ἑσθεσμάσιν ἐκ θυσιάων.
 Ω ράρε φη κρονίδησ' τόνδε προσέειπεν ἀθῆνῃ.
 ἅπῃα τερ, οὐκ ἂν πῶπῃτ' ἐγὼ μυσσὶ τερρομενοῖσιν
 ἔλθῃμι κιν' ἐπ' ἀρωγῖσ'. ἐπεὶ κακὰ πολλὰ μ' ἔοργαμ·
 σέμματα βλάπτουσ' καὶ λυχνοσ' ἔνεκ' ἐλαῖσ.
 ὡσ' δὲ μὲσ' λιπὴν ἔδακτε φένας, οἷον ἐρεξασ.

πίπλωμ

πέπλον μὲσ' κατεδύσαν ὄνδρ' ἕφθηνα καμουσῶ,
 ἐκ ροδάκωσ' λεπτήσ' καὶ σήμονα λεπτόν ἐνισα.
 Ἰώγλασ' τ' ἐμποιήσαν, ὄλ' ἠπῆτης μοι ἐπέσῃ.
 καὶ πρᾶσαι μετόκοσ'. Ἰούρου χάειν ἰζωρησῶμαι.
 χρησάμενη δ' ἕφθηνα ἠδὲ οὐκ ἐχέαιτα ποδῶναι.
 ἀλλ' οὐδ' ὡσ' βαζάχοισιν ἀρρηγίμων οὐκ ἐβελήσω.
 εἰσὶ δ' οὐδ' ἀνρὶ φένας' ἐμπεδδι· ἀλλὰ μὲ πρῶτον
 ἐκ πολέμωσ' ἀνιούσασ. ἐπεὶ λίην ἐκοπῶσθω
 ὑπὸσ' δεινομενίω, οὐκ εἰσάσθιν ὀρυβοῦντ' ἄνθ'
 οὐδ' ὀλίγον καταμῦσαι· ἐγὼ δ' αὐπνοσ' κατεκέμην
 τὴν κεφαλὴν ἀλγῶσ', ἐωσ' ἐβόησεν ἀλικτῶσ.
 ἀλλ' ἀγε παυσομῆτα θεοὶ ἴουτοισιν ἀρρηγίον,
 μήκε' τὸσ' ὑμείων ἔσθῃ βέλ' ὄξυόεντ'.
 εἰσὶ δ' ἀγχέμαχοι καὶ εἰ θεοσ' ἀντίθ' ἐλθοῖσ'
 πάντεσ δ' οὐρανόθεν τερπώμῃσ' ἠδὲ ἠεὶν ὀρῶντ' ἄνθ'.
 Ω ράρε φη τῆσ' αὐτὴσ' ἐπιθοῦντ' οἰοῖσ' ἀλλοῖσ'
 πάντεσ, ὁμῶσ' δὲ ἀόχλεδ' ἠλυθον εἰσ' ἕνα χῶροσ.
 κάσθ' ἠλυθον κήρυκε τερασ' πολέμοιο φέροντε.
 καὶ τότε κώνωποσ' μεγάλασ' σάλπιγγασ' ἐχοντ' ἄνθ',
 λεινον' ἐσάλπιζον πολέμωσ' κτύπεν, οὐρανοθεν δὲ
 Ζεὺσ' κρονίδησ' βρόντησ' τερασ' πολέμοιο κακοῖο·
 Πρῶτοσ' δ' ὑψίβοασ'. λειχνορα οὐτασ' δουρί.
 ἐσθῶτ' ἐν προμάχοισ' κατὰ γαστέρα εἰσ' μέσσησ' ἠπῆσ'.

С 5

ΒΑΤΡΑΧΟ-

καλλ' ἔπειν πηνίς, ἀπαλάς δ' ἐκόνισιν ἐθίρας.
 ρωλοδύτης δέ μετ' αὖθ' ἀκόντισι πηλείωνα.
 πῆξεν δ' ἐν σίρῳ σιβαρόν δδρυ, θ'ν δέ πωτόντα.
 εἶλε μέλας θάνατος. ^{πρω}τυχη δ' ἐκ σώμαρος ἐπῆ.
 στυτλαῖος δ' ἄρ' ἐπέφνε βαλὼν κέαρ ἐμβασιχούφου.
 ἀρτοφάγος δέ πολυφωνον κατὰ γαστέρα τύπερ.
 κειπε δέ πηνίς τυχη δέ μελέων ἔξ' ἐπῆ.
 λιμνόχαις δ' ὡς εἶδεν ἀπαλλύμνον πολυφωνον,
 ρωλοδύτην πέρω μυλοισθί τῶσιν ἐπιφθας,
 αὐχένα παρμέωσον, θ'ν δέ σκόρος ὄσ' ἐκάλυφε.
 λειχίνωρ δ' αὐτοῖο πτύσκερ δδρυ φαίνῳ.
 ἔβαλεν ὀυδ' ἀφάμῃτε καθ' ἡπῆ. ὡς δ' ἐνόησε
 κραιμοφάγος ὄχθαισι βαθείαις ἐμπεισε φεύγῃ.
 ἀλλ' ὀυδ' ὡς ἀπέληλθ' ἐν ὑδασιν ἡλασε δ' αὐτόν.
 κέππεσε δ' οὐκ ἀνύθου σερ, ἔβα πῆρ δ' αἶμα τι λίμ
 πορφυρέῳ. αὐθ' δέ πῆ κίον ἔξετανύθη. ^{(νκ}
 χορδῆσι λιπαρῆσί τε πορρῳ μῆμος λαγόνεασι.
 λιμνῆπος δ' ὄχθαισι τυρόλυφον ἔξεναεξε.
 πῆρρολυφον ἔιδων καλαμίνθιος, εἰς φόβον ἦλθεν.
 ἡλαρ δ' ἐσ λίμνω φεύγῃ τὴν ἀσπίδα ρίφας.
 ὑθρόχαις δέ τε πέφνε πῆρροφάγῃ βασιλῆα,
 χερμασίῳ πηλῆσας κατὰ βρέγματος. ἐγμέφλοσ ἔ.
 ἐκ ρίνων ἐσαξε. παλάσσο δ' αἶμα τι γαῖα.

λειχοπιναξ

ΜΥΟΜΑΧΙΑ

λειχοπιναξ δ' ἐκτεπεν ἀμύμονα βορβοροκοίτην
 ἔγχε ἐπαίξασ. θ'ν δέ σκόρος ὄσ' ἐκάλυφε.
 πραιμοφάγος δ' ἐσιδὼν, πρὸς εἰ λκυσι κνισοδονώκῃη
 ἐν λίμνῃ δ' ἀπέπνιξε κρατήσασ χερί τενοντα.
 φυχάρ πᾶξ δ' ἡμυν' ἐτάρων πῶδι πεθιῶτων,
 καὶ βάλε πηλούσον κατὰ νηδύος εἰς μέσον ἡπαρ.
 πῆπῆ δέ οἱ προῶθεν τυχη δ' αἰδῶσ δέ βεβίκει.
 πηλοβάτης δ' ἐσιδὼν, πηλούφρακα ρίφεν ἐπ' αὐτόν.
 καὶ βέτωπνέχριστ, ἠ δέ τι πρὸς πῆρα μικρόν.
 θυμῶσι δ' ἄρα κείνοσ. ἐλὼν δέ γε χερί παχίῃ
 κείμῳον ἐν πῶδι λίθον ὀβειμον ἄχρος ἀρούρησ,
 ἔβαλε πηλοβάτην ὑποπύνατα. πάσα δ' ἐκλά
 κνηκ δέξιτερῃ. πῆσι ὑπῆισ ἐν κονίησι, ^{(δν}
 κραιμοσίθιοσ δ' ἡμυνε, καὶ αὐθ' ἰσ βαῖνεν ἐπ' αὐτόν.
 τύπε μέσον δ' αὐθ'ν κατὰ γαστέρα, πᾶσ δέ οἰξίτω
 ὄξυχοῖνοσ δύνε. χερμαί δ' ἐκχυρᾶ πάντα
 ἔγχετ', ἐφελκομένησ ὑποδύρα τι χερί παχίῃ.
 σιτοφάγος δ' ὡς εἶδεν ἐπ' ὄχθησιν ποταμοῖο
 σκάζων ἐκ πόλεμοσ, ἀνεχάξσο. πείρερ δ' αὐθ'σ.
 ἡλαρ δ' ἐσ τάφον, ὅσῳσ φύγῃ αἰπὼν ὀλεθροῖ.
 φωξάρτης δ' ἔβαλεν φυσίγναθον ἐσ πῶδα ἀκρομ.
 ὡκα δέ τερόμῳοσ ἐσ λίμνω ἡλατο φεύγῃ.
 φωξάρτης δ' ὡς εἶδεν ἐθ' ἡμίπιν προπῶτόντα,

Haganoæ, per Iohannem Secerium, Anno
M. D. XXXI. Mense Augusto.



U
15 v
with
list

